UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

REGVLA CCCXXIIII.

FEVDI contentio vbi eſt inter dominum & vaſallum, pares curiæ ſunt iudices. Hanc regu. probat tex. in c. imperialem, in §. præterea ſi inter duos, de prohibita feudi aliena. per Federic. & ibi Matthæ. de Affliiſt. nu. 38. & in c. j. de controuerſia feudi apud pares termi. & ibi etiam Matthæ. de Affliſt. nu. 1, facit etiam text. in c. j. de lege Corra. notatur in c. cæterum, de iudic. De iure Regio eſt tex. in l. xj. titu. xxvj. par. iiij.

Hanc regul. cum vnica ampliatione & ſex limitationibus ponit Bernard. de Luco in reg. cclxxxvij. remittendo ſe ad Marianum Socin. in c. ex tranſmiſſa. nu. 9. de foro compe. Eandem cum quatuor ampliationibus & ſex limitationi. ponit Curt. iunior in tracta. feudorum, in vij. par, verſ. tertia principalis regula datur. a num. 54. vſque ad finem.

REGVLA CCCXXV.

FEVDVM negans, rem feudalem perdit. Hanc regul. ponit Abb. in c. cæterum, nu. 21. poſt Innocen. ibi, de iudic. allegat ad hoc text. in c. quo iure viij. diſtin. Bald. in ij. col. C. quomodo & qua ndo iudex. Probatur per tex. in l. fi. ff. de rei vendicati. vbi probatur ꝙ negans ſe poſsidere ſi conuincatur, perdit poſſeſsionem. Cui conſonant tex. de iure Regio in l. iij. tit. iij. par. iij. & l. xl. titu. j. ead. par. Circa quam reg. vide Rom. in conſi. lxx. nu. 4. Arnold. Ferronium in conſuetu. Burdegalen. in tit. de feudis. §. v. Abb. in c. fi. de ſoluti. nu. 2. Iaſ. in l. quod te mihi, nu. 29. ff. ſi certum pet. & in. §. omnium. nu. 86. Inſti. de actio. Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuſſ. num. 19. & nu. 322. & in ſingu. ccxlij. Matth. de Affl. in deciſ. Neap. xviij. nu. 1. Ludo. Gome. in. §. ex maleficiis. nume. 16. inſti. de action. Anton. Capit. in deciſ. xix. nu. 6. Hiero. Grat. in conſil. xxxvij. nu. 1. vol. ij. Guid. Papam in ſing. dcix. & in conſi. iij. nu. 2. & in deciſio. 256. in fi. Ripam in l. qui cum ſe. nu. 1. cum aliis. ff. de re iudi. & vide infra in regu. cccxxix.

Et plures caſus in quibus negans punitur, vide per Bal. in Auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecu. quem refert Catellia. Cotta. in memora. iuris, in verbo, negans.

Hanc reg. ampliat vno modo, & limitat quinque modis Felin. in d. c. cæterum. a nu. 28. vſque ad nume. 20. de iudic.

REGVLA CCCXXVI.

FEVDI noui inueſtitura ad hoc vt probetur, neceſſarium eſt ꝙ adhibeantur pares curiæ. Hanc reg. probat tex. in c. j. quid ſit inueſti. in vſibus feudo. Ratio autem quare extranei non admittantur,

tantur, ponitur in tex. in c. j. in. §. j. & in. §. idcirco. de notis feudorũ. Circa quam reg. vide Alex. in conſil. x. vol. iij. & in conſi. lxxix. vol. j. Martin. de Silimanis in tract. de feudis, in rub. de inueſtitura qualiter fiat. nu. 225.

Hanc reg. ampliat vno modo. & limitat tredecim modis Franc. Curt. iunior in tract. feudorum, in ij. par. in iiij. q. a nu. 16. vſque ad nume. 30.

REGVLA CCCXXVII.

FEVDVM pro anima vaſallus relinquere non poteſt. Hanc regul. probat tex. in c. imperialem. ibi, vel pro anima iudicare. de prohib. feudi aliena. per Fede. & in c. j. in. §. donare. quali. olim feudum alien. pote. & ibi Bal. & Aluaro. Ratio eſt: quia magnum pręiudicium fieret domino ſuperiori: quia poſtquam feudum eſſet ſemel incorporatum eccleſię, quæ nunquam moritur, nunquam eſſet ſpes ꝙ feudum poſsit ad dominum reuerti: & ideo eccleſia quæ debet eſſe cultrix iuſtitię, nihil ſiniſtri debet pati fieri, neque in ſe, nec in aliam ita probat tex. in c. j. in. §. Mediolanenſes. verſ. inde poteſt præſumi de alienatio. feudi, in vſibus feudorum. Hanc etiam opi. ſequitur Bal. in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. Felin. in c. inter dilectos. nu. 10. de fide inſtr. Lud. Goz. in cõſ. 8. nu. 21. & in cõſ. 4. nu. 8. Alc. in cõſ. 30. nu. 3. vol. j. Bartho. Soc. in cõ. 19. nu. 10. vol. j. Maria. Soc. iunior in conſ. 76. nu. 46. vol. j. Roma. in ſing. 533. Hanc etiam opi. tenet Abb. in c. quę in eccleſiarum. nu. 18. de conſtitu. & hanc opin. ibi latiſsime eam examinat, & refert Doct. contrariam partem tenentes, tenet Cur. Iun. in tract. feud. in iij. par. q. penul. nu. 125. & circa hanc reg. vide ſupra in reg. xl. in vj. ampli.

Hanc reg. ampliat vno modo Ludo. Roma. in d. ſing. 533. Eandem limitat quatuor modis & ampliat vnico modo Fel. in c. quę in eccleſiarum. nu. 69. verſ. cęterum inquantum dictum eſt de conſtit. vſque ad nu. 75. Hanc etiam reg. limitat 5. modis, vbi notab. examinat Fran. Cur. Iun. in tract. fend. in iiij. par. in d. pe. q. nu. 126.

REGVLA CCCXXVIII.

FIDEIVSSOR non poſsidens immobilia, poteſt recuſari tanquam non idoneus. Hanc reg. probat tex. in l. ij. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. gl. in Auth. de exhiben. reis. in. § ſuſcepto. in verb. perſonali. collat. v. & in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in. §. ſi quis ſtipulatus fuerit. ff. de verb. obli. Hanc opi. tenet Bal. in c. corã. nu. 8. de offi. deleg. Specu. in tit. de ſatiſdatio. in. §. dicto verſ. ſed ſi ſcholaris. Alex. in conſi. clx. nu. 5. vol. v. & hanc dicit eſſe comm. opin. Iaſ. poſt Barb. ibi in d. l. ſciendum. in prin. nu. 30.

Hanc reg. ampliat vnico modo, & limitat quatuor modis Hipp. iu tepe. Rub. ff. de fideiuſſ. a nu. 227. vſque ad nu. 241.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN